Hic liber editꝰ est Parisiis apud Sebast.
Nivelliū, 1556. sub hoc titulo,

„ Enchiridion Sacerdotū
omibꝰ etiā qui sacris
„ sūt addicti, perutile,
„ his maxime quorū ani=
marū cura interest.

Manipulus curatorum.



3

Liber Henrici Jacksoni Oxoniensis,
Collegii Corp. Xi. MDC. Mhii. xxi. Librarii.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA·

¶Liber qui manipulus curatoꝝ inſcribitur in quo ꝑ neceſſaria officia coꝝ quibus animarū cura cōmiſſa eſt breuiter pertractantur feliciter incipit.

Lectoris epiſtola.

Euerendo in xp̄o patri ac dn̄o domino Raymūdo diuina prouidētia ſancte ſedis valentie epiſcopo ſuorum deuotorum minimus Guido de monte rocherij cum deuota ꝛ humili recōmendatione ſe totum ſuis obſequijs mancipatum. Fons ſapientie dei verbum diſpoſitione mirabili cūcta ordinans ꝛ diſponens militantem eccleſiam ordinauit ꝛ diſpoſuit adinſtar eccleſie triumphātis quod figuratiue fuit oſtēſum legiſlatori moyſi quando preceptum fuit ſibi edificare tabernaculū in deſerto iuxta exēplar quod ſibi in mōte fuerat demonſtratum. Tabernaculum ſiquidē in huius mundi deſerto conſtructum eſt militans eccleſia adinſtar illius que ſurſum eſt hieruſalem ordinata. Cuius ſiquidem militantis eccleſie fundamenta in montibus ſanctis propheta rememorans per montes ſuperiores prelatos apoſtolis ſuccedentes inſinuat. qui ad modum ſpirituū ſupreme hirarchie medios īferiores videlicet ꝛ prelatos illuminēt perficiant ꝛ expurgent vt ſic medij a ſuperioribus illuminati ſancti profecti virtutibꝰ ac erroribus expurgati inferiores ſcilicet laicos ſimilimodo illuminent perficiāt ꝛ expurgent quod facere nequeunt: niſi fuerint diuinis doctrinis imbuti. Hec ergo attendens ꝛ vigili meditatione perpenſans ſequēs opuſculū de inſtructione neophitoꝝ curatorum cōpoſui. rudi quidē ſtilo: ſed vtili non curans de verborum ornatu: ſed aīaꝝ cōmodo ꝛ profectu. Quod quidē opuſculuꝫ ad vos q̄ eſtis ſacroſcē eccleſie luīare p̄claꝝ. qui lucetis velut lucerna lucēs in firmamēto eccleſie militātis: qui radio diuine ſapiētie ⁊ ſciē exemploqꝫ vite ſacratiſſime: ac ſarculo correctionis caritatiue ſubditos vr̄os illuīatis ꝑficitis ⁊ purgatis duxi humiliter deſtinēdū. vt lima correctōis vr̄e politū ꝓdeat ī publicū qđ ſine illa ꝓdere n̄ audeat. Suſcipiatis vos igit̃ pater cū affectu beniuolo p̄ns opuſculū qđ offert humilitas comitat̃ affectio ⁊ caritas perſuadet correctūqꝫ ⁊ emēdatū: ſi vr̄e videt̃ dn̄ationi ꝯuenire cōicare curetis neophitis id eſt nouicijs vt qui neſciunt addiſcant ⁊ qui ſciunt ſcire ſe gaudeant et ad maioꝛa cōſcendāt: Veſtrā reuerendā ꝑſonā cōſeruet dn̄s: cui me humiliter recōmēdo. Scriptuꝫ Caroli. Anno dn̄i. Milleſimo tricenteſimo triceſimotercio.

❡ Prologus.

Veniā ſcōm ꝙ dicit ꝓpheta malachias. c. ij. imo dn̄s ꝑ malachiā. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſapientiā ac ſcientiā ⁊ legē requirēt de oꝛe eius. xi. q. i. Sacerdotibus. Angel⁹ enī dn̄i exercituū eſt. Idcirco ne ſacerdotib⁹ legis euāgelice ꝯtingat illud qđ dn̄s cuidam ſacerdoti legis moſaice per eūdē ꝓphetā cōminat̃ dicens. Quia tu ſciētiā repuliſti: ego repellā te ne ſacerdotio fungaris: mihi dignū duxi aliqua ad neophitoꝝ ſacerdotū inſtructionē maxime curatoꝝ ſcribere: per que poſſint ſe in executione ſui officij dirigere ⁊ deo ſuo ſcꝫ xp̄o debite miniſtrare. Nemo aūt de p̄ſūptionis temeritate me iudicet ꝙ ego pctōꝛ ignorās ⁊ inſci⁹ p̄ſumā ſacres ſacerdotes qui ſacrate legis profeſſores ſūt inſtruere. Cōfiſus enī de illius adiutoꝛio q̄ oꝛa mutoꝝ apit ⁊ linguas infantiū deſertas facit loqui ſimilis paruo canicu lo q̄ latratu ſuo magnos leporarios incitat ad currēdū tractabo aliqua breuiter ſcribere vt donē magis ꝑfectis ꝛ peritioribꝰ materiā in altiora ꝛ ſubtiliora ꝛ magis vtilia cōſcribēdi. Cōfido eni ꝙ ille q̄ dedit aſine balaam loquelā mihi ſue rationabili creature infūdat ſciam. Nec erubeſcāt venerabiles ſacerdotes a me eoꝝ ſeruitore minimo edoceri. ſed cōſiderēt illud verbū doctoris eximij auguſtini qđ ponit in decretis .13.q.3.c. Si heres. Ego iā ſenex ꝛ ſexaginta ānoꝝ etatis nō erubeſcerē a puero āniculo edoceri. Licet eni vt dicit ſeneca verecūdoſum ſit ſenes addiſcere: tamen magis verecundoſum eſt eos ignorare. Quoniam autē quilibet ſi vult officiū ſuū debite exeq̄: ꝯ3 ſcire ea que ad ſuū offm̄ ſpectāt. Offm̄ aūt ſacerdotū maxime curatoꝝ ꝯſiſtit i q̄ttuor ſ3 q̄ttuor ethimologias iſtiꝰ nois ſacerdos que habent i damaſceno Nā ſacerdotes ſūt miſſaꝝ celebratores. iō dr̄ quaſi ſacra dās. ꝯfeſſionū auditores. iō dr̄ q̄ſi ſacer dux. plebis doctores iō dr̄ ſacerdotes quaſi ſacra docēs. ergo propter primū debēt hēre tm̄ de ſcia: ꝙ ſciāt recte ꝛ diſtincte legere ea que miſſe officio ꝑtinēt etiā ꝯgrue ꝓnūciare ꝛ accētuare ꝛ ad minꝰ grāmaticalit̄ itelligere. Propt̄ ſcdm debēt hēre tm̄ de ſcia ꝙ ſciāt numeꝝ ſacramētoꝝ ꝛ que ſit debita forma ꝛ debita materia cuiuſlibet ſacramenti ꝛ modū debite ea miniſtrādi potiſſime de ſacramentis que ad eos ſpectāt Propt̄ terciū debēt hēre tm̄ de ſcia ꝙ ſciāt diſcernere īter lepiā ꝛ lepiā .i. pctm̄ ꝛ pctm̄: ꝛ imponere penitētias ſalutares. Propter quartū tātum debent habere de ſcientia ꝙ ſciāt ad minꝰ ppl'm in articulis ꝛ alijs rudimētis fidei iformare. Omiſſo autē primo q̄ illō ſpectat ad grāmaticā: ꝛ ſatis ſuppono ꝙ dn̄i epi nullum ad ſacerdotij ordinem ꝓmoueāt niſi fuerit ſufficienter grāmaticalib⁹ ibutus ⁊ qꝛ de hoc aget̄ qñ de ſacramēto euchariſtie tractabit: de tribus alijs in hoc libello eſt agēdū. Quē libellū manipulū curatorum volui vocari: ex eo ꝙ ſacerdotes potiſſime curati debēt iſtum libellū habere in manibus vt videant ea que circa ſuuz officium ſunt agenda. Finit prologus.

Diuiſio huius libri.

Diuiditur ergo preſens opuſculum in tres partes In quaꝝ prima agit̄ de ſacramentis ⁊ de his que pertinēt ad ſacramētoꝝ adminiſtrationē. In ſecūda de penitētia ⁊ his que pertinēt ad ꝯfeſſionum audientiam ⁊ penitētiaꝝ impoſitionē. In tercia de articulis fidei et his que pertinēt ad populi informationē. Quātū ad primā ꝑtē primo videbitur aliquid de ſacramētis in gn̄ali ſecūdo de quolꝫ eoꝝ in ſp̄ali. Quātū ad ſacramēta i gn̄ali. Primo vidēdū eſt de eoꝝ inſtitutōe ſecūdo de eorum efficacia ⁊ virtute. tercio de eoꝝ numero ⁊ diſtinctione. Qn̄ aūt aget̄ de quolibet eorum in ſpeciali. Primo videbitur de ſacramento baptiſmi ſecundo de euchariſtia tercio de confirmatione. quarto de penitētia. quinto de ſacramento ordinis. ſexto de extrema vnctione. ſeptimo de ſacramento matrimonij.

¶ Tractat⁹ primus prime ꝑtis pncipalis q̄ ē de ſacramētis i gn̄ali. Cap̄. i. De inſtitutione ſacramentorum

Ciendū ergo ꝙ oīa ſacramēta noue legis fuerūt imediate iſtituta a xp̄o ꝙ ꝓbant doctores ſic. Illius eſt ſacramenta alicuius legis inſtituere cuius ē legē dare ⁊ cōdere. ſed xp̄s fuit imediate cōditor ſtatutor ⁊ dator noue legis. vt diffuſe ꝓbat ap̄ls in epiſtola ad ga lathas ⁊ habetur ab yſaia dicente Dñs rex nr̃ dñs legiſfer nr̃: ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos. ergo ad ſolum xp̃m ꝑtinuit inſtituere noue legis ſacramẽta. Sacramentũ eñ baptiſmi inſtituit qñ baptiſmũ in iordane a iohanne ſuſcepit tũc eñ vt dicit beda Tactu ſue mundiſſime carnis vi regñatiuã ꝯtulit aquis. Licet aũt tũc ſacramẽtũ baptiſmi inſtituerit: tñ nullus ad baptiſmi ſuſceptionem erat obligatus vſqꝫ pꝰ reſurrectionẽ qñ. ſ. in die aſcenſionis dixit apoſtolis ⁊ aliis diſcipulis. Eũtes in mũdũ vniuerſũ predicate euangeliũ oĩ creature. qui crediderit et baptiſatus fuerit ſaluus erit qui vero nõ crediderit condẽnabitur. Sacramẽtũ cõfirmationis iſtituit quãdo poſuit manus ſupra capita paruuloꝝ ⁊ apoſtolis ꝓhibentibus dixit. Sinite paruulos venire ad me. licet aliqui doctores dicãt ꝙ ſacramẽtũ ꝯfirmationis iſtituit in die pẽthecoſtes qñ miſit viſibiliter. ſſ. ſuper apoſtolos. primũ tñ reputo veriꝰ Sacramẽtũ eucharistie inſtituit ĩ die cene poſt comeſtionẽ agni paſcalis qñ panẽ ⁊ vinũ in ſuũ corpus ⁊ ſãguinẽ ſua ineffabili ptãte ꝯuertit dicẽs. Accipite ⁊ mãducate hoc eſt corpus meũ. ⁊ ſũpto calice dixit. Accipite ⁊ bibite ex hoc oẽs hic eſt calix ſanguinis mei. Sacramẽtũ penitẽcie inſtituit quãdo exordiũ ſue ſaluberrime ꝑdicationis aſſũpſit dicẽs. Penitẽtiã agite appropiquabit eñ regnũ celoꝝ. Qđ aũt pctã eſſẽt cõfitẽda ſacerdotibꝰ figuratiue inſtituit: qñ decem leproſis ab ipſo mũdatis ꝑcepit dicẽs. Lu. vii. Ite oſtendite vos ſacerdotibꝰ. licet eĩ teſte ꝓphã ezechi. c. vii. q̄ dicit in ꝑſona xp̃i. Quacũqꝫ hora ĩgemuerit pctõr oĩum iniq̃tatũ eiꝰ nõ recordabor. pctã in ꝯtritione dimittãtur. tñ nihilo minus ſũt in ꝯfeſſione ꝯfitẽda ſacerdotibꝰ ſi poſſibilitas occurrat. Sacr̄m ordinis īstituit de⁹: qñ in die cene post q̄ cōicauit ap̄los dixit eis. Hoc facite in meā ꝯmēorationē. Tūc eni scd̄m doctores oēs ap̄los ordinauit. Sacramētū vero ordinis xp̄s īstituit septuplicit̄: scꝫ ꝙ sunt septē ordies. q̄ttuor nō sacri ⁊ miores. vt ostiariat⁹ lectoriatus exorcistatus ⁊ acolitatus ⁊ tres sacri maiores. vt subdiaconatus: diaconat⁹ ⁊ presbiterat⁹ que oēs dicūt vnū sacramētū q: ad vnū puta p̄sbiteratū p̄ncipalr̄ ordināt. Ordinē ergo ostiariat⁹ instituit. qñ fecit flagellū de funiculis ⁊ eiecit de tēplo vēdētes ⁊ emētes. Ordinē lectoriat⁹ instituit qñ legēdo v̄ba ysaie p̄dicauit dicens. Sp̄us dn̄i sup̄ me eo ꝙ vnxerit me paupib⁹ euāgelizare misit me. Ordinē exorcistat⁹ īstituit qñ demones ab hoīb⁹ obsessis eīci p̄cepit. Ordinē acolitat⁹ īstituit: qñ p̄dicādo dixit. Ego sū lux mūdi Ordinē aūt subdiaconatus īstituit: qñ p⁹ cenā pedes discipuloꝝ suoꝝ lauit Ordinē diaconat⁹: qñ discipulos velut leuita vigilare monuit. Ordinē p̄sbiterat⁹ īstituit qñ discipulis suis corp⁹ ⁊ sāguinē suū sumēdū p̄buit dicēs hec. Quotiēscūqꝫ feceritis ī mei memoriā faciatis Dūqꝫ p̄ri corp⁹ ⁊ sāguinē suū ī ara crucis semet hostiā obtulit. Sacramētū vero extreme vnctōis īstituit: qñ ap̄los misit vngere ⁊ sanare īfirmos. Vñ aliq̄ doctores dicūt ꝙ btūs iacob⁹ īstituit sacramētū istud qñ in canonica sua dixit. Infirmat̄ q̄s ex vobis iducat p̄sbiteros ecclīe vt oēt sup̄ eū vngētes oleo scō. sꝫ salua coꝝ reuerētia nō reputo verū ꝓpt̄ rationē superi⁹ dictā ī p̄ncipio hui⁹ capituli. Credo eni ꝙ illud dictū btī iacobi nō fuit institutio huius sacramēti: sed ei⁹ ꝓmulgatio. Vñ btūs iacobus nō fuit īstitutor hui⁹ sacramēti: sed solū ꝓmulgator. De sacramēto autē matrimonij q̄ñ fuerit īſtitutū ⁊ vtrū fuerit īſtitutū a xp̄o īcarnatore ē dubiū cū matrimoniū fuerit ī ſtatu īnocētie ⁊ ī tpe q̄d fuit añ īcarnationē. idō ad hui⁹ dubitatōis ſolutionē. Sciēdū ꝙ matrimoniū pōt trib⁹ modis ꝯſiderari. vno modo ꝓut eſt officiū nature. Scdo modo ꝓut ē remediū carnalis ꝯcupiſcētie q: ꝑ matrimoniū ſatiſfit ꝯcupiſcētie carnali. Tercio modo ꝓut eſt ſignū ꝯiūctionis alicui⁹ rei puta xp̄i ⁊ eccl'ie quā ſignat ꝯiūctio aiorū viri ⁊ vxoris ⁊ ꝯiūctōis nature hūane ⁊ diuine ī ꝑſona filij dei quā ſignat ꝯiūctio corpoꝝ. Matrimoniū primo ⁊ ſecūdo modo ꝯſideratū tñ nō ē ſacramētū ꝓut loquimur hic de ſacramēto mr̄imonij. ſed tercio modo ꝯſideratū ē ſacramētū ⁊ ſic fuit īſtitutū a xp̄o qñ in vtero virginis marie voluit naturā noſtrā diuine nature vnire ī vnitatē ſui ſuppoſiti ſeu ꝑſone. quā vniōnē ſignat matrimonium. Sicut eni in actu matrimoniali vir ⁊ vxor duo ſunt in carne vna ſic due nature ſcilicet humana ⁊ diuina ſūt in vna ꝑſona. ſ. in perſona filij.

De efficacia ⁊ virtute ſacramētoꝝ. Ca. ij.

E efficacia aūt ⁊ virtute ſacramētoꝝ ſciendū ē ꝙ virtus ſacramentorum in generali: q: poſtea dicet de virtute cuiuſlibet in ſpāli in duobus cōſiſtit ſcꝫ in auferēdo culpā ⁊ cōferendo grām. Omne enim ſacramentum noue legis. niſi ſit obex. i. īpedimētū ex parte recipientis: aufert culpā ſi inuenit eā ⁊ ꝯfert vel auget gratiam. Et per hoc differūt ſacramēta noue legis a ſacramentis ātique legis q: ſacramēta ātique legis ſacramēto circūciſionis excepto: quātū ex parte operis operati nullā habebāt virtutē quantum ad ablationem culpe ⁊ collationē grē ſed totā virtutē ⁊ efficaciā ſuā habebant ex parte operis operātis. Sacramēta aūt noue legis nō ſolū habēt efficaciā ex parte operis operati imo etiā ex parte operis operātꝫ. Opus operātis vocaṫ deuotio ſuſcipiētis ſacramētū. opus operatū vocatur actꝰ exercitatus circa ſacramēta ſicut opus opatū in baptiſmo eſt aſperſio vel imerſio aque ⁊ ꝓlatio verboꝝ. Quod auteꝫ ſacramēta noue legis quātū eſt ex parte operis operantis ꝯferāt grām ⁊ ſint cā grē. patet per dffinitionē ſacramēti que poniṫ a magiſtro ſentētiaꝝ in. iiij. vbi ſic dicit. Sacramētū ē inuiſibilis grē: ⁊ viſibilis forme ſignuꝫ. qꝺ ita ſignū eſt grē dei ⁊ inuiſibilis grē forma vt eius ſimilitudineꝫ gerat ⁊ cauſa exiſtat. Utrum aūt ſacramēta noue legis ſint cauſa gratie ſine qua non vel cauſa propter quā: indiceet ſtudio maioris inquiſitionis ꝙ preſens opuſculum expoſtulet. eſt etiā alia virtus ſacramentoꝝ noue legis qꝛ quedā eoꝝ iprimūt caracterem in ſuſcipientibus ea ſcꝫ ſacramēta baptiſmi ꝯfirmationis ⁊ ordinis Et eſt caracter ptās ſpūalis quedā per quā ſuſcipiēs ſacramētū poteſt aliquid facere vel recipere qꝺ non poterat añ: ſicut baptiſatꝰ. pōt recipe alia ſacra eccliē qꝺ nō pōt facere nō baptiſatꝰ. ⁊ ordinatus poteſt exercere officium ſui ordinis qꝺ nō poteſt facere nō ordinatus: ⁊ confirmatus teneṫ audacter ꝯfiteri fidē xp̄i tēpore ꝑſecutionis fidei. ad quod non tenetur nō ꝯfirmatus niſi forte iquireret in ſpāli de fide. Alia autē ſacramenta. ſ. eucariſtia penitētia matrimoniū ⁊ extrema vnctio: nō iprimūt talē caracterē qꝛ poſſunt multotiens iterari ſicut homo multotiens cōmunicare confiteri inungi. ⁊ mortua vna vxore poteſt cum alia contrahere. Sed ſacramenta que iprimunt caracterem non debent nec poſſunt iterari ſicut nullus debet bis baptiſari nec confirmari.nec eodē ordine bis ordinari.Et ratio eſt quia virtus eoruꝫ ſemꝑ manet.ſ.caracter qui eſt indelebilis.

De numero ⁊ diſtinctione acramentorū. C.iij.

Quantū ad numeꝝ ſacramētoꝝ ſciendū ē ꝙ ſacramēta ſūt ſeptē.puta baptiſmus ꝯfirmatio eucariſtia penitentia extrema vnctio ordo ⁊ matrimoniū.Diſtinctio iſtoꝝ ſacramentoꝝ datur per ſufficientiā quorūdā doctoꝝ que talis eſt.Sicut eſt ī vita corporali:ſic ſuo modo debet eſſe in vita ſpirituali.In vita autem corporali videmus ꝙ pͥmo generatur homo.ſecundo augeť tercio nutritur quarto venit ad tātā perfectionē ꝟtutis ꝙ poteſt ſibi ſimilē generare:⁊ ſic genus humanū multiplicatur.Et qꝛ ſanitas hoīs poteſt impediri per infirmitatē.ideo homo indiget duplici medicina vna contra infirmitatē.alia cōtra reliquias infirmitatis.⁊ ſicut in vita corporali quinqꝫ neceſſaria ſunt.ſ.generatio augmentū nutrimētū multiplicatio ⁊ medicina.ſic ſimiliť modo ī vita ſpūali qualis eſt vita fidelium viuentium in fide ⁊ vnitate eccleſie ſic ſunt quoqꝫ neceſſaria.ſ.ſpūalis generatio que fit in baptiſmo per quam homo regenerať xp̄o. Spūale augmentū quod fit in confirmatiōe:in qua gratia baptiſmatis augetur.Spirituale nutrimētum.quod datur in euchariſtia que eſt cibus ſpiritualis anime et qꝛ fideles indigent multiplicari ſpūaliter ⁊ corporaliter quantū ad multiplicationē ſpiritualē accipitur ſacramētū ordinis:per quod miniſtri eccľie multiplicātur quantū ad multiplicationē corporalem accipitur ſacramentū matrimonij:quod ordinatur ad multiplicationem corporalē fideliū.Spūalis medicina ꝯtra ſpūalē īfirmitatem que eſt pctm̃:ẽ penitẽtia.alia ẽ ꝯtra reliquias pctõꝝ que eſt extrema vnctio.Et hec de ſacramẽtis in gñali.

Tractatus ſcd̃s pͥme partis p̃ncipalis ẽ de baptiſmo.

Ca.primũ quid ſit baptiſmus ⁊ vnde dicatur

Unc dicẽdũ ẽ de ſacramẽtis i ſpāli ⁊ pͥo de baptiſmo Circa qđ cõſiderãda ſũt octo. Primo qđ eſt baptiſmus.Scđo de materia eiuſdẽ tercio de forma quarto de miniſtro.q̇nto de ſuſcipientib⁹.ſexto de ritu baptiſmi.ſeptimo de effectu eiuſdem.octauo de ãnexis eius.Baptiſmus eſt ablutio corporis exterioris cũ preſcripta.i.taxata verboꝝ forma facta:ita ꝙ illa ablutõ materialis que fit exterius in corpore eſt ſignũ ablutõis ſpiritualis quã de⁹ facit interius in mẽte.Et dr̃ baptiſm⁹ a baptiſo as.are.qđ idẽ eſt abluo is.ere.Unde baptiſmus grece idẽ eſt ꝙ ablutio latine.

Capl̃o.ij.de materia baptiſmi.

Ateria baptiſmi eſt aqua ſimplex elemẽtaris.Qđ autẽ iſta aqua ſit ꝓpͥa materia baptiſmi habes totã rõnem ex inſtitutõe xp̃i q̇ inſtituit baptiſmũ fieri in aqua.Si aũt iſtituiſſet baptiſmũ i vino vel i alio aliquo liquore.vinũ vel ille ali⁹ liquor eẽt ꝓpͥa materia baptiſmi.Alique tñ ꝯgruẽtie ſolẽt aſſignari a doctorib⁹ quare xp̃s iſtituit baptiſmũ fieri magis i aqua ꝙ̄ i alio liquore quarũ vna eſt.qꝛ ſacramẽtũ maxie neceſſitatis dꝫ habere materiã maxie cõmunẽ ne ꝓpter defectũ materie aliq̇s ipediret a ſuſceptõe baptiſmi:ſed baptiſm⁹ ẽ ſacramẽtũ maxie neceſſitatis:qꝛ ſine baptiſmo nullus põt ſaluari.Ideo vt null⁹ poſſet ſe excuſare a ſuſceptõe baptiſmi ꝓpter defectũ materie vel ꝓpter cariſtiã ei⁹ baptiſmus dꝫ habere materiã maxie cõem.talis aũt materia eſt aqua que inuenit̄ in qualibet terra ⁊ de facili pōt haberi. Poſſet enī aliq̄s ſe excuſare ſi maťia baptiſmi eēt vinū vel oleū vel aliq̄s ali⁹ liquoꝛ p̄cioſioꝛ q̄ nō inueniret̄ in oī terra: nec poſſet ita de facili haberi. Alia ꝯgruētia ſeu rō eſt: qꝛ ꝓprietas aque maxīe ē ꝯueniēs baptiſmo Eſt enī aqua mūdificatiua ſoꝛdiū ⁊ refrigeratiua eſtuātiū ⁊ peruia .i. lucida oculis intuētium. Silr̄ baptiſmus mūdat ſoꝛdes aīe: ideo vocat̄ baptiſm⁹. qꝛ baptiſm⁹ gꝛece idē eſt qđ lotio latine. Vn̄ baptiſare idē eſt qđ lauare Itē baptiſm⁹ refrigerat eſtū carnalis ꝯcupiſcētie. illuminat etiā ocl̄os mētis reſpectu diuīe noticie. Arguūt ergo doctores ſic. Illud eſt ꝓpria materia baptiſmi cui⁹ ꝓprietas maxīe ꝯuenit baptiſmo ſed aqua eſt hmōi. ergo aqua eſt ꝓpria materia baptiſmi. Utrū aūt aqua ſit benedicta vel nō nihil facit ad baptiſmū. qꝛ ita bene pōt fieri baptiſmus in aqua nō benedicta ſicut in benedicta ſed aqua baptiſmalis in eccleſiis benedicit̄ ꝓpter ſolennitatē ⁊ maioꝛē reuerētiā circa baptiſmū. Sed nunq̇d in aqua roſacea vel in aqua ardēte vel in aliq̄b⁹ aq̄s diſtillatis poſſet fieri baptiſm⁹ ſi aqua elemētaris īueniri nō poſſet? Dicēdū ē ꝙ nō. qꝛ tales aque nō ſūt ꝓprie aque. ſed humores illoꝝ coꝛpoꝝ a q̄b⁹ diſtillant̄. In lixiuio tamē ſi aqua nō poſſet īueniri. poſſet fieri baptiſmus cum lixiuiū nihil aliud ſit q̄ aqua colata ꝑ cineres. Et ꝓpter eandē rōnem dicūt aliqui doctores ꝙ in vrina ꝓpter defectū aque poſſet baptiſari qđ nō credo verū: quia vrina non eſt aqua: ſed humoꝛ reſolutus a cibis comeſtis. Et idē dico de ſaliua. Sed nōne in bꝛodio carniū poſſet fieri baptiſmus vbi alia aqua nō poſſet inueniri? Dicendū eſt ꝙ aut tāta reſolutio carniū eſt fcā i bꝛodio illo qđ de ſini: ſpēs aque eē ⁊ eſt alia ſpecies de nouo gn̄ata:⁊ tūc nō pōt fieri baptiſmus:aut nō eſt ibi tāta reſolutio carniū facta ⁊ tūc fieri pōt ⁊ in tali brodio baptiſari. Qñ autē ſit talis reſolutio facta ⁊ qñ nō pōt ꝑpendi ex ſpiſſitudine. Si eni ſit tāta ſpiſſitudo illiꝰ brodij q̄ta ē in carne vel aliquātulū mior:nō credo ꝙ poſſet in illo brodio baptiſari. Si aūt nō ſit tāta ſpiſſitudo ſʒ brodiū ſit pingue credo ꝙ tunc in illo brodio poſſet baptiſari. Et idem dico de luto ſcilicet ſi aqua exprimatur ex illo in aqua illa expreſſa poſſet fieri baptiſmus. etiā ſi nix liquefieret:in illa aqua liquefacta ex niue poſſet fieri baptiſmus. Solet aūt ex aliquibus talis queſtio fieri. Si eſſet vnꝰ puer baptiſandus iuxta vnū puteum ꝓfundū ⁊ ille qui debet eū baptiſare nō haberet cum quo traheret aquā de puteo:nec poſſet aliūde aquā habere:⁊ puer eſſet in periculo mortis. nūquid deberet eū in puteū ꝓijcere:dicendo. baptiſo te in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti amē. dicendū ꝙ nō q: ſcdm̄ ꝙ dicit beatus paulus. Non ſūt faciēda mala vt inde eueniant bona. licet ergo. ex hoc iſtō bonū eueniret ꝙ aīa illius pueri ſaluaretur tamē ille q̄ ꝓijceret eū faceret iſtud malū ꝙ peccaret mortaliter et ſic q̄tū in ſe eſſet dānaret animā ſuā:⁊ quilibet ſecūduʒ exordiū caritatis plus debet diligere animā ſuā. q̄ animā cuiuſcūqʒ alterius. ⁊ ſi dicat̄ ꝙ talis poteſt ꝯfiteri de iſto pctō ⁊ ſic nō dānaret aīam ſuā. Dicendū ꝙ iſtud eſt factum dicere:q: nullus certus eſt de vita ſua .vnde iſte non eſt certus ſi ſtatim poſt q̄ proijcerit puerum:vel etiam in ipſo actu proiectionis moreretur. Vñ habere talē ſpē eſt proprie tentare deū. q: certum eſt ſi talis proijciat puerum peccat mortaliter:incertus eſt aūt ſi deꝰ dabit ſibi ſpaciū penitendi. quare faciendū eſt ſcd̄m ꝯſiliū bt̄i auguſtini dicētis. Tene certū ⁊ dimitte incertū. Notandū aūt ꝙ ſi aqua ſit calida vel frigida nihil facit ad baptiſmū: ſed ſemꝑ eſt vitādū periculū baptiſandi.

Ca. iij. de forma baptiſmi.

Irca formā baptiſmi ſciendū ꝙ alia forma vtunt̄ greci in baptiſando: ⁊ alia forma latini. Greci eī. i. vtūtur tali forma. baptiſet̄ ſeruus xp̄i in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊. ſſ. amē. Latini aūt vtūtur tali forma. Baptiſo te in nomine pr̄is ⁊ filij ⁊. ſſ. amē. Et ꝙuis ex vtraqꝫ forma ſeq̄tur baptiſmus. nā greci baptiſati ſunt ſicut latini. quod patet. qꝛ qui redeūt ad vnitatē eccleſie romane nō rebaptiſantur tn̄ forma latinoꝝ ꝯuenientior eſt ꝙ forma grecorū. qd̓ patet quo ad nūc ex duobus. primo qꝛ forma illa baptiſmi cōuenientior eſt que magis ꝯcordat cum verbis xp̄i inſtituentis baptiſmū. ſed xp̄s inſtituens baptiſmum dixit apl̄is vt recitat btūs math. in euāgelio ſuo. c. vlti. Ite docete oēs gētes baptiſantes eos in noie pr̄is ⁊ filij ⁊. ſſ. ⁊ cū iſtis verbis magis ꝯcordat iſtud verbum baptiſo ꝙ baptiſet. qꝛ baptiſo eſt actiuū ⁊ baptiſet ē paſſiuum. ⁊ iſtud participiū baptiſantes deſcēdit ab actiuo ⁊ nō a paſſiuo. quare ꝯuenientior eſt forma latinoꝝ que dicit baptiſo: ꝙ grecoꝝ que dicit baptiſetur. Secūdo pōt illud idē patere ſic. Illa forma baptiſmi eſt ꝯuenientior in qua ⁊ per quā exprimūtur ea que ſunt neceſſaria i baptiſmo. ſed talis eſt forma latinoꝝ ꝑ cōparationē ad formā grecoꝝ: qꝛ in baptiſmo eſt neceſſario virtus dei ꝯferētis efficaciā baptiſmo. ⁊ iſtud tangitur i vtraqꝫ forma cū dicit. In noie pr̄is ⁊ filij ⁊. ſſ. amē. Eſt etiā ibi neceſſaria perſona ſuſcipiētis baptiſmū. ⁊ iſtud exprimit̄ i for ma grecoꝝ cū dicitur ſeruꝰ xp̄i. Jn forma aūt latinoꝝ vn̄ exprimit cū dicit te. Eſt etiā ibi neceſſaria perſona miniſtri baptiſantis que nō exprimit ad minꝰ explicite in forma grecoꝝ. Jn forma aūt latinoꝝ exprimit᷑ explicite ꝑ hoc quod dicit baptiſo. q̄re ꝯuenientior eſt forma latinoꝝ q̄ grecoꝝ. veriſimile eſt etiā ꝙ forma q̄ vtit romana eccleſia que dn̄o diſponente cunctaꝝ eccleſiarū caput ē magiſtra. extra de bap. ⁊ eius effectu. c. Maiores ſit cōuenientior quacūq; alia. Eſt ergo debita forma baptiſmi. Baptiſo te i noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſci amē. Quod aūt noīet baptiſandus vel addat eiꝰ nomē: aut ponat ibi ego dicēdo petre vel maria ego baptiſo te i noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti amē. nō ſunt de eſſētia forme cū ſine ip̄is poſſit fieri baptiſmus tn̄ debēt poni in forma ꝓpter maiorē expreſſionē: licet nō ſit neceſſariū ꝙ ponatur. Jſta autē forma poteſt ꝓferri in latino vel quocūq; alio ydiomate. Utrū aūt poſſit aliquid īmutari circa iſtā formā. Sciendū eſt ꝙ ille qui aliquid mutaret aut intēderet mutare ritū eccleſie ſic non eſſet baptiſmus. aut intenderet facere illud idē quod facit eccleſia ſed ex quadā ignorantia vel inaduertētia aliquid circa iſtā formā mutaret tūc circa hoc ſciendum eſt ꝙ talis mutatio poteſt fieri quinq; modis. Uno modo totaliter omittendo verba ipſiꝰ. Et tūc nō fit baptiſmus ex tali forma ſicut ſi diceret. Baptiſo te in noīe genitoris ⁊ geniti ⁊ ꝓcedētis ab vtroq;. licȝ enim ex cōi vſu loquēdi genitor ſignificet patrem ⁊ genitus filiū ⁊ procedēs ab vtroq; ſpūm ſcm̄. tn̄ ꝓprie loquēdo in diuinis genitor ⁊ genitus ⁊ ꝓcedēs expreſſius ſignificāt actus notiales ipſarū ꝑſonarū q̄ ipſas ꝑſonas Jn forma aūt baptiſmi debet fieri mētio expreſſa de ꝑſo nis.Alio modo pōt fieri mutatio circa formā ipſius baptiſmi trāſponēdo verba ipſi⁹ forme ſicut ſi diceret. Baptiſo te in noīe pr̄is ꝛ filij ꝛ.ſſ.amē.vel quōlibet alit̄ trāſponēdo ꝛ tūc cū maneat idē ſenſus verboꝝ ꝛ tali mutatione nō īpedit baptiſm⁹.Alio modo pōt fieri mutatio addēdo aliq̄d ad ipſam formā ꝛ tūc talis additio corrūpit ſēſū verboꝝ forme ſicut mutabat formā arrius dicendo ſic Baptiſo te ī noīe pr̄is maioris ꝛ filij minoris ꝛ.ſſ. ꝛ tūc nō fit baptiſm⁹.Aut talis additio nō corrūpit ſenſū verboꝝ forme eo ꝙ nō obſtāte tali additōe adhuc manet idē ſenſus ꝟboꝝ ꝛ tūc ille q̇ addit aliquid intendat mutare formā nihil facit cū nō baptiſet in fide eccleſie. Si aūt nō itēdit mutare formā eccleſie ſed ex q̄dā fatua deuotōe addat aliq̄d ſic dicēdo. Baptiſo te ī noīe pr̄is. ꝛc. ꝛ btē virginis.vel btā virgo iuuet te vel aliq̄d aliud ſimile talis additio nō īpedit baptiſmū Alio mō poteſt mutari forma baptiſmi diminuēdo aliq̄d de ea ꝛ tunc ſi diminuat̄ dictio integra quecūq̧ ſit illa de oīb⁹ iſtis baptiſo te in noīe pr̄is ꝛfi.ꝛ.ſſ.amē:nihil fit quoia iſta ꝟba ſunt de eſſentia forme.Si aūt nō diminuat̄ dictio itegra ſed ps dictōis tūc ſi diminutio talis fit in principio dictionis ſicut ſi de iſta dictione pr̄is vel quecūq̧ alia ſubtrahat̄ prima littera vel ſyllaba talis diminutio impedit baptiſmū cū tollat̄ ſenſus ꝟborum.Si aūt talis diminutio fiat de fine dictōis ſicut de iſta dictōe pr̄is remoueatur s.vel aliquid tale diminutio talis nō impedit baptiſmū cū maneat idē ſenſus ꝟboꝝ.Sicut narrat̄ ī decretis tractatu de ꝯſe.di.iiij.c.Retulerūt nūcij.ꝙ quidā ſacerdos ignar⁹ ligue latine baptiſabat ſub iſta forma baptiſo te in noie pr̄is ꝛ filis ꝛſpūſſcā.dicit papa in decreto illo ꝙ vere baptiſabat. Alio mō pōt fieri mutatio circa formaꝫ baptiſmi interrūpendo verba iſtius forme. ⁊ tūc ſi ſit tāta interruptio ꝙ mutet intentionē baptiſātis. ſicut ſi de mane diceret. ego baptiſo te. ⁊ poſtea iret ad expediēdū negocia ſua: ⁊ poſtea qñ rediret diceret in noīe pr̄is ⁊c̄. nihil faceret. Si aūt nō ſit tāta interruptio ꝙ nō mutet intētionē baptiſantis ſicut ſi diceret. baptiſo te i noīe patris. ⁊ hoc dicto dicat aſſiſtētibꝰ. tacete orate. deū: vel aliqd tale. ⁊ poſtea ꝑficeret: nō impedit baptiſmus.

Miniſter baptiſmi eſt duplex. vnus extra caſum neceſſitatis ⁊ iſte eſt ſolus ſacerdos. Ad ſolū enī ſacerdotē extra caſū neceſſitatis ꝑtinet baptiſare. cuiꝰ ratio aſſignat a doctoribus talis. ille eſt ꝓprius ⁊ ordinarius miniſter ſacramētoꝝ q̄ hꝫ ꝑtātem ſupra corpus xp̄i verū. ſed ſacerdos eſt hm̄oi ergo ſolus ſacerdos eſt ꝓprius ⁊ ordinariꝰ miniſter ſacramētoꝝ. ꝙ aūt ad illū ꝑtineat miniſtratio ſacramētoꝝ q̄ hꝫ ꝑtātē ſuꝑ corpus xp̄i verū ꝓbat ſic. Qꝛ ad illū ꝑtinet ordinatio corporis myſtici qḋ eſt eccleſia. i. cōgregatio fideliū qui hꝫ poteſtatē ſuꝑ corpus xp̄i verū. ſed talis eſt ſacerdos quare ad ſolū ſacerdotē ꝑtinet diſpenſare ſiue miniſtrare ſacramēta. Alius eſt miniſter baptiſmi in caſu neceſſitatis: ⁊ iſte poteſt eſſe tam vir q̄ mulier tam fidelis q̄ infidelis. hoc enim intereſt inter baptiſmū ⁊ alia ſacramēta ꝙ miniſter baptiſmi poteſt eſſe alius q̄ ſacerdos nō aūt miniſter aliorū ſacramētoꝝ. Et rō iſtius eſt. qꝛ baptiſmus ē ſacramētū maxime neceſſitatis nō aūt alia ſacramēta. qꝛ ſine baptiſmo non poteſt aliquis ſaluus fieri: ſine vero aliis ſacramentis multi ſaluant. Arguunt ergo doctores ſic. Illud ſacramentū qḋ eſt tante neceſſitatis ꝙ ſine eius ſuſceptiōe nullus poteſt ſaluari debet habere miniſtrū ita cōmunē ꝙ ꝓpter defectū miniſtri nullus ab eius ſuſceptione excuſet. ſed ſacramētū baptiſmi eſt tāte neceſſitatis ꝙ ſine eius ſuſceptiōe nullus ſaluari poteſt. dicente xp̄o ſaluatore noſtro in Johē. c. iij. Niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto nō pōt introire in regnū dei. Jō ſacramentū dꝫ habere miniſtrū cōmunē ꝙ nemo ꝓpter defectū miniſtri excuſet a ſuſceptōe baptiſmi. Et idcirco in caſu neceſſitatis tā vir ꝙ̄ mulier. tā infidelis ꝙ̄ fidelis ſicut iudeus paganus hereticus poteſt baptiſare dūmodo baptiſet in aqua ⁊ debite ꝓferat verba forme baptiſmi ⁊ habeat intētionē faciēdi illud qđ facit eccleſia lꝫ fidelis credat illud nihil valere: ita tñ ꝙ ſemꝑ deferendū eſt ceteris paribus digniori. vñ infidelis in pñtia fidelis nō debet baptiſare. mulier etiā in pñtia viri nō debet baptiſare. nō ꝓmotus ad ſacros ordines in p̄ſentia ꝓmoti nō debet baptiſare. Similiter nec laicus in p̄ſentia clerici tonſurati nō dꝫ baptiſare. Et ratio iſtoꝝ eſt. qꝛ ille q̇ baptiſat in pñtia xp̄i baptiſat ⁊ repreſentat eius ꝑſonā que ꝑfectius repreſentat̄ ꝑ fidelem ꝙ̄ ꝑ infidelem ꝑ virū ꝙ̄ ꝑ mulierē. ꝑ promotū ꝙ̄ ꝑ non promotū. ꝑ tonſuratū ꝙ̄ ꝑ non tonſuratū. ¶ Sciendū tamen ꝙ in illo qui baptiſat requiritur ſemper intentio baptiſandi. ſcilicet illud faciendi quod intēdit ſeu facit eccleſia. aliter non eſt baptiſmus quāuis alia neceſſaria ad baptiſmuꝫ ſint ibi. non autē requiritur de neceſſitate ꝙ ſit talis intentio ꝙ baptiſans intendat baptiſmum valere baptiſato ad vitam eternam: immo cum intentione contraria. id eſt cum intentione ꝙ baptiſmus nihil valeat: poteſt etiam baptiſmus fieri. ſolum enim requiritur ꝙ baptiſans intendat facere illud qđ facit eccleſia.⁊ ſic qđcunqꝫ ſit illud valet baptiſmus.Sed nũquid ſi aliꝗs minimus vel' quicũqꝫ alius ludendo aſꝑgat aquã ſuꝑ aliquos nõ baptiſatos.dicendo baptiſo vos in noīe patris ⁊c̄.tales erũt baptiſati? Dicendũ ꝙ talis aut intendit baptiſare. intendẽdo facere illud qđ facit eccleſia.licet de hoc faciat truſas ⁊ deriſiones ſuas.⁊ tũc talis q̃uis grauiter peccet faciendo irreuerentiã ſacramento:tñ vere cõfert baptiſmũ.Si autẽ in mẽte non intendat facere illud qđ facit eccleſia:nihil facit.Nunꝗd in caſu neceſſitatis aliquis poteſt baptiſare ſeip̃m? Dicenduꝫ eſt ꝙ iſte caſus ponitur in quadã decretali incipiente.Debitũ.extra de baptiſmo ⁊ eius effectu.Ubi narratur de quodã iudeo qui ꝓpter metũ iudeoꝝ nõ audebat vocare aliquẽ fidelem.ſed accipiens aquã dicit baptiſo me ⁊c̄.Et ad eius euidentiã notandũ ꝙ triplex eſt baptiſmus.ſcꝫ flumĩs. qñ aliquis baptiſat in aqua.⁊ iſte baptiſmus eſt ſacramentũ eccleſie.de iſto loquimur hic.Et loquẽdo de tali baptiſmo nullus poteſt baptiſare ſeip̃m.⁊ rõ redditur a papa in illa decretali.qꝛ baptiſmus eſt quedã generatio ſpũalis:⁊ ſicut ſeip̃m nemo põt generare corporaliter:dicente Augu.in lib.de trini.Nullus ſeip̃m gignit corporaliter:quare nullus põt ſeip̃m generare ſpũaliter baptiſando ſeip̃m.Eſt ⁊ alius baptiſmus ſcꝫ flaminis qñ ſpiritusſctũs mundat ⁊ abluit aīam alicuius inuiſibiliter a pctõ.⁊ tali baptiſmo põt aliꝗs ſeip̃m baptiſare diſponẽdo ſe ad grãm dei.vt nõ baptiſatus adultus habẽdo;deuotionẽ ad baptiſmũ ⁊ eſſendo in ꝓpoſito ꝙ ſi haberet oportunitatẽ ſuſciperet baptiſmi ſacramentũ.Unde ⁊ ſi moriatur in tali ꝓpoſito ſaluatur.nec eſt cõtra verbũ al legatū:niſi quis renatus fuerit ⁊c̄.qꝛ intelligēdū eſt renatus ex aqua in paruulis in re.in adult.in re vel in voto.lꝫ eni iſte nō ſit regn̄atus ex aqualin re.eſt tn̄ in voto Et eſt alius baptiſmus ſcꝫ ſanguinis qn̄ aliq̄s nō baptiſatus ſuſcipit mortē ꝓ fide xp̄i.⁊ talis baptiſmꝰ ꝓficit ad ſalutē dū tn̄ habeat baptiſmus aque in voto:ſi ille q̄ ſuſtinet mortē ſit adultus ſicut habet.in legēda beate katherine de rhetoꝛibus:q̄ ad eius p̄dicatōem cōuerſi ſunt quos impatoꝛ fecit cōburi. Si aūt nō ſit adultus nō requirit tale votum:ſed ſufficit moꝛs tollerata ꝓ xp̄o ſicut fuit de innocētibus.⁊ tali baptiſmo nullus pōt ſe baptiſare.qꝛ nulli licitū eſt ſeip̄m interficere ꝓ quacūqꝫ cauſa nec eſt ꝯtra hoc de ſanſone ⁊ ioſia q̄ interfecerūt ſeip̄os qꝛ vt dicit btūs hieronymꝰ. Factū coꝝ nō eſt trahēdum ad cōſequentiā:qꝛ priuilegia paucoꝝ nō faciūt legē communē. Nūquid etiā in miniſtro requirit bonitas vite.ſ. ꝙ ſit ſine pctō moꝛtali? Dicendū ꝙ illa queſtio intelligēda eſt de ſacerdote:qꝛ vt dictū eſt ip̄e ꝓpriꝰ eſt miniſter baptiſmi. Unde ad huius ſolutōem dicēdū eſt ꝙ quātū eſt ad effectionē baptiſmi nihil facit bonitas:vel malicia miniſtri:qꝛ ſiue ſit bonus ſiue malus cōfertur (vt dictū eſt)baptiſmus vere. Sed quantū ad miniſtrū vtrum peccet vel nō baptiſando:dicēdo ꝙ aut ſacerdos baptiſat in caſu neceſſitatis ⁊ ſolēnitate aliqua ſicut facit vna antiqua vetula ⁊ tunc non peccat moꝛtaliter ſi baptiſet exiſtēs in peccato moꝛtali.aut baptiſat extra caſum neceſſitatis cū ſolēnitate.⁊ tunc peccat moꝛtalit̄ exiſtēs in pctō moꝛtali ſi baptiſet.qꝛ facit irreuerentiā ſacramento. Uerū eſt ꝙ dñs Durandus quondā ep̄s anicienſis q̄ fuit doctoꝛ ſacri palatij dicit in ſuo ſacramentali.ꝙ quomodocūqꝫ ſacerdos exiſtēs ī pctō mortali baptiſet peccat mortaliter. Utrū aūt eiꝰ opinio ſit vera neſcio: ſcio tñ ꝙ eſt bñ dura. Sciēdū ī ſuꝑ ꝙ miniſter baptiſmi dꝫ eſſe vnꝰ. Et rō cōiter aſſignat a doctoribꝰ: qꝛ baptiſās baptiſat in ꝑſona xp̄i que eſt vna. ⁊ iō ꝑſona baptiſantis debꝫ eſſe vna. Unde plures nō poſſunt baptiſare vnum. Et ſi dicatur ꝙ vnus poteſt baptiſare plures dicēdo: ego baptiſo vos in nōie prīs ⁊ fi. ⁊c. Dicēdū ꝙ nō eſt ſimile qꝛ qñ dicit baptiſo vos idē eſt ac ſi diceret baptiſo te: ⁊ te: qñ aūt dicit nos baptiſamꝰ te. idē eſt ſi diceret: ego ⁊ tu baptiſamus te: q' drīa eſt īter nos ⁊ vos: qꝛ nos idꝫ eſt ꝙ ego ⁊ tu. vos aūt idē eſt ꝙ te ⁊ te. ideo dicendo vos nihil aliud mutat in forma ſed dicendo nos aliquid mutatur in forma. Solet aūt poni talis caſus. ponatur ꝙ hic ſint duo. vnus ſit mutus ⁊ alius mācus/ ⁊ ſit ibi puer baptiſandus. ⁊ mutꝰ aſꝑgat cū aqua/ ⁊ mācus ꝓferat verba. Querit vtrū talis puer ſit baptiſatus? Dicēdum ꝙ aut iſti baptiſant in forma grecoꝝ aut latinoꝝ. ſi ī forma latinoꝝ tūc dicūt aliqui doctores ꝙ talis puer nō eſt baptiſatus. qꝛ vt dictū eſt in quacūqꝫ forma baptiſet baptiſans/ in forma xp̄i baptiſat. vt dicit btūs iohānes baptiſta dicēs de xp̄o. Qui me miſit baptiſare ipſe mihi dixit. ſuꝑ quē videris ſpm̄ deſcēdētē: hic eſt qui baptiſat. ꝑſona autē xp̄i eſt vna. vnde athanaſius. Non duo ſed vnus eſt chriſtus: quare oportet ꝙ ille ꝗ baptiſat ſit vnꝰ in quacūqꝫ forma baptiſet. Alij aūt doctores ſicut iohānes ſcotus ⁊ ſui ſequaces dicunt ꝙ ſi baptiſat in forma grecoꝝ baptiſatus eſt. qꝛ vt dictū eſt licet ille qui baptiſat in perſona chriſti cuius eſt vna perſona baptiſat tamen in nomine trinitatis in qua ſunt plures ꝑſone. ⁊

ſic non contrariatur baptiſo ſcōm formam grecorum: ſi ſint plures baptiſantes. Que iſtarum opinionum ſit vera neſcio ſed iudicio meo papa eſſet cōſulendus ſuper hoc ad quem maiores queſtiones potiſſime circa articulos fidei contingentes ſunt referende. extra de baptiza. propter rationē ſupra dictam. de differentia ſcʒ inter nos ⁊ vos que eſt ratio venerabilis doctoris ſancti thome in vltima parte ſūme ſue. Aſſignatur etiam talis ratio a magiſtro herueo britone: qꝛ in ſacramēto maxime veritatis nihil debet eſſe falſitatꝭ Sed baptiſmus eſt ſacramentum maxime veritatis: ergo in baptiſmo nihil debet eſſe falſitatꝭ. Sed ſi iſti vterentur forma latinorum qua vtit̄ romana eccleſia ⁊ ſi adherētes eſſet in tali baptiſmo falſitas: qꝛ ſi mancus diceret ego baptiſo te/id eſt abſoluo te ⁊ mentiretur. qꝛ ipſe non abluit immo hoc facit mutus. quare manifeſtū eſt ꝙ talis baptiſmꝰ eſt nullus. Hanc aūt rationē conātur ſoluere aliqui doctores dicētes ꝙ ſi ille mancus non diceret ego baptiſo te/ſed diceret nos baptiſamus te/⁊ ſic non diceret falſū ſimo verū. qꝛ iſta oratio nos baptiſamus te vera eſt ꝑ ſinodochē ſicut ſi eſſent duo ſcriptores qui ſcripſiſſent vnū librum: ita ꝙ vnus ſcripſiſſet vnā medietatē: ⁊ alius aliā vnus eorum poſſet vere dicere nos ſcripſimus iſtū librū A ſimili cū mutus in tali baptiſmo aſpergat ſeu infundat aquā: ⁊ mancus proferat verba: vterqꝫ poteſt dicere nos baptiſamus te. Hoc aūt nihil valet. quia ad hoc ꝙ aliqua ꝓpoſitio verificet̄ ꝑ ſinodochē de duobꝰ oportet ꝙ ābo fecerit actus eiuſdē rōnis qꝛ ſi feciſſēt actꝰ diuerſaꝝ rōnū: vna ꝓpoſitio nō poſſet verificari de eis. ſicut ſi vnus raſiſſet pergamenum de quo eſſet factus liber: ⁊

alius ſcripſiſſet librū iſta ꝓpō nos ſcripſimꝰ iſtuꝫ librū nullo mō poſſet verificari de illis. Sic de iſtis ē dicēduꝫ nos baptiſamus te qꝛ infundere aquam ⁊ dicere verba ſunt actus diuerſarum rationum. Ideo nullo modo de eis poteſt propoſitio verificari.

¶ Ca.v.de ſuſcipientibus baptiſmum.

Baptiſmū debēt ſuſcipere tā viri ꝙ̄ mulieres. quia ſine baptiſmo: vel in re vel in voto: vt dictū ē nullus pōt ſaluari. ſed aliter ē de adul. ⁊ aliter de ꝑuulis qꝛ in adulto ꝗ recipit baptiſmū: reqͥrit̄ itētio ꝓpꝛia ſuſcipiendi illud qḋ ꝯfert eccl̄ia. qꝛ nemo ex aq̄ ⁊ ſpū ſcō renaſcit̄ niſi volēs: ſaltē in adult̄. ⁊ ſue volūtatis arbitrio i.c. nemo de cōſe. di. iiij. In ꝑuulo aūt ſufficit fides ⁊ intētio eoꝝ qui eū offerūt ad baptiſmū. Sꝫ nūqd pōt aliquis ī vētre matris baptiſari ſicut ſi vna mulier ꝑ̄gnās de vno puero ſit in ꝑiculo mortis nūquid ī vētre eiꝰ dꝫ puer baptiſari. dicēdū ē ꝙ nō. Cuiꝰ rō aſſignat̄ a doctoꝛibꝰ talis qꝛ ille qui ſuſcipit baptiſmū: debet ſuſcipi a manibꝰ miniſtri eccleſie ⁊ aſꝑgi aq̄ / vel īmergi: ſed iſta nō poſſunt fieri circa exiſtētē in vtero matris. qꝛ exiſtēs in vtero matris nō dꝫ nec pōt baptiſari vide ſupꝛa. ca. Qm̄ ī maternis in pū. de ꝯſe. di. iiij. vbi dr̄ ꝙ qui ſcōm adā adhuc natus nō eſt: ſcōm xp̄m adhuc generari nō pōt. Et in. c. Si ꝗcquid eſt in hoie. Sed ponatur ꝙ aliq̄ pars pueri appareat extra. nūquid talis puer (ſi timeat̄ de ꝑiculo: ita ꝙ nō pōt expectari ꝙ totaliter naſcat̄) pōt baptiſari. Dicendū ꝙ illa ꝑs que apparet extra: aut ē caput: aut alia pars corporis ſi ſit caput dꝫ aſpergi aqua dicendo. Baptiſo te in noie patris ⁊ fi. ⁊c. ⁊ ē vere baptiſatus. ⁊ ſi nacatur poſtea: non debet amplius baptiſari. Et ratio eſt qꝛ caput eſt principalioꝛ pars corporis nam in eo vigent oēs ſenſus corporis. Si aūt illa pars que apparet ē alia ꝙ̄ caput: ſicut manus vel pes: tūc dicūt aliqui doctores ꝙ illa pars debet aſpergi aqua ⁊ baptiſari: ⁊ tūc eſt vere baptiſatus. ⁊ ſi naſcať: nō dꝫ ampliꝰ baptiſari. ⁊ ratio eſt qꝛ baptiſmus fit ꝓpter animā ⁊ nō propter corpus. anima aūt quātū ad ſuā eſſentiā; eſt tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte corporis. Ideo vna parte corporis baptiſata: totū eſt baptiſatū ⁊ ſi naſcať poſtea nō debet amplius baptiſari Alij aūt dicūt ꝙ talis pars que apparet extra dꝫ aſpergi aqua ⁊ baptiſari. ſi puer naſcať poſtea: debet baptiſari ſub iſta forma. Si tu es baptiſatus ego nō baptiſo te: ſed ſi tu nō es baptiſatus. ego baptiſo te ī nomine patris ⁊ fi. ⁊ ſſ. amē. Quis iſtoꝝ verius dicat neſcio. ſed tamē credo ꝙ iſtud vltimū ſit ſecurius. Sed nūquid ſi eſſet aliquis ſanctificatꝰ in vtero matris debꝫ baptiſari? Dicendū ꝙ ſic. nō quidē ꝓpter culpā quā haberet. ſed vt ſcriberet numero fideliū in ſuſceptione caracteris baptiſantis. ⁊ vt impleretur preceptuꝫ chriſti. de ſuſceptione baptiſmi. Sed nūquid filij iudeoꝝ paruuli ſunt baptiſandi inuitis parētibus? Dicēdū ꝙ aliqui doctores ſicut Johannes ſcotus ⁊ dn̄s durādus ep̄s anicienſis ⁊ ſui ſequaces dicūt ꝙ ſic. dicūt enim ꝙ principes ⁊ dn̄i terraꝝ in quibꝰ habitāt iudei: poſſunt eis auferre filios ⁊ eis inuitis facere eos baptiſari. cū iudei ſint eorū ſerui. ⁊ ſcd̄m leges: filij ſeruoꝝ ſunt dn̄oꝝ quoꝝ ſunt ſerui. ita ꝙ poſſunt eos vendere vel impignorare. Arguunt ergo ſic. maius eſt aliquē poſſe obligare vel abdicare ſeruituti alicuius dn̄i temporalis ꝙ̄ ſeruituti dei: cui omnis homo de iure naturali tenetur ſeruire ſꝫ domini terrarũ in quibus habitant iudei poſſunt vendere filios iudeoꝝ ⁊ tradere eos alteri dño inuitis parentibus ergo poſſunt eos inuitis parentibus tradere ſeruituti xp̄i quod fuit in ſuſcipiendo baptiſmũ. Alij vero doctores ſicut ſanctus Thomas de aquino ⁊ ſui ſequaces dicunt ꝙ filij iudeoꝝ paruuli nõ ſunt inuitis parentibus baptiſandi ⁊ hoc propter periculum quod poſſet contingere quando iſti paruuli qui inuitis parentibus eſſent baptiſati: eſſent adulti cum proles naturaliter ſequatur patrẽ ipſi forte abnegarent baptiſmũ. ⁊ redirent in iudaiſmũ. Veriſimile eſt enim ꝙ ſi iudeorum filij paruuli eſſent inuitis parentibus baptiſandi. chriſtianiſſimi imperatores ⁊ reges qui preceſſerunt ⁊ fuerunt tanti zelatores fidei feciſſent filios iudeorum baptiſari. ⁊ etiam ſummi pontifices inducerent reges ⁊ principes in quorum terris habitant iudei ad hoc faciendũ. Quis iſtoꝝ veriꝰ dicat iudicio lectoris relinquo. Sed nũquid furioſi ⁊ amẽtes debent baptiſari? Dicẽdũ ꝙ iſti furioſi aut fuerunt furioſi a natiuitate ita ꝙ nunq̃ habuerunt vſum rationis aut habuerunt aliquotiens vſum rationis ſed amiſerunt ipſum propter aliquã cauſam. Si fuerunt furioſi a natiuitate: non ſunt baptiſandi. q: vt dictum ẽ in adulto requiritur fides ⁊ deuotio ſuſcipiendi illud qđ cõfert eccleſia. ſed tales nõ pñt habere fidẽ nec intẽtionẽ cum ſupponatur eos nũq̃ habuiſſe vſum rationis. ergo tales nõ poſſũt ſuſcipere baptiſmũ. Si aũt fuerũt furioſi a natiuitate ſed habuerũt aliquotiẽs vſum rationis. vel habebant aliquotiens perlucida interualla ſiue tẽpora/ tũc ſi in tẽpore quo habebãt lucida interualla aut vſum rationis habebãt fidẽ ⁊ deuotionẽ ad baptiſmum ⁊ petie rint ipſum:debent baptiſari ſi neceſſitas ſit quãq̃ in furia. Si autē tēpore quo habebāt vſum rōnis vel tempore qui habebāt perlucida interualla nō habebāt fidem ꝛ deuotionē ad baptiſmum ꝛ non petebāt ipſum:nō debent baptiſari. Et idem dico de demoniacis:q꞉ ſi anteq̃ eſſent demoniaci habebāt fidem ꝛ deuotionem ad baptiſmum ꝛ petebāt baptiſari:debent baptiſari. ſi autem nō habebāt:non debent baptiſari. Simile iudicium eſt de frenetico. Utrum aūt dormiēs debeat baptiſari? Dicendū eſt ꝙ ſi poſſit excitari:non debet baptiſari in ſomno:ſed ſi non poſſit excitari:tunc diſtinguendum eſt vt ſuperius. quia aut tempore vigilie habuit deuotionem ad baptiſmum ꝛ petiuit ipſum ꝛ tunc debet baptiſari: aut nō habuit fidem nec deuotionem ad baptiſmum ꝛ tunc non debet baptiſari. Sed quid ſi ſit vnū monſtruꝫ quod habeat duo corpora coniuncta:debet ne baptiſari vt vna perſona vel due? Dico ꝙ cum baptiſmus fiat propter animā ꝛ nō ꝓpter corp⁹:ꝙtūcūq̧ eſſēt duo corpora ſi ſolū eſſet vna aīa deberet baptiſari vt vna ꝑſona. ſꝫ ſi eſſent due aīe deberet baptiſari vt due ꝑſone. Sꝫ quō ſciet vtrū ſint vna ꝑſona vł due. dico ꝙ ſi ſint duo corpora ꝛ duo capita:ſupponēdū ē duas eē aīas. Si aūt vnū eēt caput:eēt vna aīa ꝛ iō ſi ſint duo pectora ꝛ duo capita ſupponēdū eſt duas eſſe aīas. ſi aūt vnū eſſet pect⁹ ꝛ vnū caput: ꝙtūcūq̧ oīa alia mēbra multiplicata:erit vna anima.

Ca.vi. de ritu baptiſmi.

Aptiſmus fit duobus modis. Uno modo in mergendo in aquā. alio modo aſꝑgēdo aquā. q̄s autē fiat melius. dicēdū ꝙ niſi timeatur de periculo/vel propter baptiſātis debilitatē/vel pueri/vel aliquid aliō m꞉

llius fit in mergendo in aquã: q̄ aſꝑgendo. cuius rõ aſſignatur. qꝛ baptiſmus ſignat ſepulturã xp̄i. Unde dicit apl̄us. Conſepulti enī eſtis xp̄o ꝑ baptiſmũ. Sed meliꝰ figurat ſepultura q̃ñ fit in mergendo q̄ q̃ñ fit in aſꝑgendo. Sciẽdũ ꝙ vnuſquiſqꝫ debet ſeruare ritũ eccleſie nec dꝫ ip̄m mutare. Utrũ aũt requirat̃ terna imerſio vel aſꝑſio vel ſufficiat vna? Dicẽdũ eſt ꝙ ſufficit vna. i ca. Propter de conſe. di. iiij. Sed ceteris paribꝰ fit melius ꝑ eternã. in ca. Poſtq̄. di. iiij. Et glo. qꝛ baptiſmꝰ datur in noīe totius trinitatis. que melius rep̄ſentat̃ ꝑ ternã imerſionẽ. vel aſꝑſionẽ q̄ ꝑ vnam. ita tñ ꝙ verba nõ finiantur anteq̄ oẽs tres ſint complete. In hoc aũt ꝙ fiat vna vel terna: quilibet debet ſeruare ritũ eccleſie ſue.

¶ Caplo. vij. de effectu baptiſmi.

Effectus principales baptiſmi ſũt delere oẽm culpã tam originalẽ q̄ actualẽ. ⁊ cõferre grãm. ⁊ aperire ianuã regni celeſtis. in quo differt a circũciſione qm̄ licet ante paſſionẽ xp̄i circũciſio deleret culpam originalem ⁊ cõfert grãm: tñ ianuam regni celeſtis aperire nõ poterat. Et iſta eſt ſentẽtia venerabilis Bede qui dicit in omelia ſua de circũciſione dñi. Scire inquit debꝫ fraternitas veſtra ꝙ idẽ ſalutifere curatiõis remediũ olim circũciſio in lege cõtra originale pctm̄ agebat. qđ tũc tẽpore gr̃e reuelate baptiſmus agere cõſueuit excepto ianuam regni celeſtis aperire nõ poterat. ¶ Sciendũ ꝙ baptiſmus aliter operatur in paruulis ⁊ aliter in adultꝭ. in paruulis nihil requirit̃ a parte ipſoꝝ. ſed ĩ adultis requiritur a parte ip̄oꝝ ꝙ nõ ponant obicẽ. i. nõ habeant contrariã diſpoſitionẽ. ſcꝫ ꝙ non accedãt ficte ad baptiſmum: ſed accedant cũ debita deuotione. non ſolum autẽ baptiſmus confert gratiam immo etiam oībus ip̄m ſuſcipientibus tam paruulis ꝙ̄ adultis qui nō ponūt obicem confert oēs virtutes: tam theologicas ꝙ̄ morales. ⁊ ſi non quantū ad vſum. ad minus quantū ad habitū. Et iſta eſt ſententia conſilij generalis ⁊ habet in cōſtitutōibus dn̄i Clemētis quinti. extra de ſum. tri. ⁊ fide catho. c. Fide catholice. Eſt ⁊ inſuꝑ alius effectꝰ baptiſmi. quia per ip̄m contrahit cognatio ſpiritualis que impedit m̄atrimoniū contrahendū: ⁊ dirimit iam cōtractū. De hoc tamē dicet infra qn̄ agetur de matrimonio. Per baptiſmum etiā imprimitur caracter vt dictum eſt ſupra. ideo baptiſmus nō debet iterari: imo pena illius qui iteraret ſcd̄m leges eſſet decapitatio. cap. Ne ſanctū baptiſmum iteretur. le. ij. ſcd̄m vero canones eſt ꝙ non ꝓmoueatur ad ſacros ordines.

¶ Capl̄o. viij. de annexis baptiſmo.

Baptiſmū qn̄ fit cū debita ſolēnitate precedūt catheciſmus ⁊ exorciſmus. Catheciſmus idē eſt ꝙ inſtructio: q: in catheciſmo inſtruit baptiſandꝰ de fide ⁊ merito fidei. Unde baptiſando petit ſacerdos. Quid petis ab eccleſia. At ipſe ſi ſit adultus reſpondet. Fidē. Si autē ſit paruulus reſpondēt in perſona eius patrini. Et tūc ſacerdos petit. Fides q̄d tibi preſtabit. At illi reſpōdent. Vitā eternā. Tūc dicit ſacerdos. Hec eſt vita eterna ⁊c. Et in iſto catheciſmo facit tria ſacerdos. Primo mittit digitū in aures eius: ⁊ ponit de ſaliua eius in ore eius ⁊ ſignat ꝙ baptiſandus debet habere aures apertas ad audiendū verba dei ⁊ documēta fidei. poſita ſaliua ſignat ꝙ dꝫ eē prōptus ad loquēdū de fide. q: locutio fit mediāte ſaliua. Scd̄o facit ei crucē i frōte ⁊ i pectore

⁊ ſignat ꝙ baptiſandus dꝫ habere ⁊ recipe fidem xp̄i in corde. quā ſignat crux facta in pectore ⁊ in ore cōfiteri fidē xp̄i: nec dꝫ erubeſcere fidē xp̄i qđ ſignat crux facta in frōte. qꝛ in fronte ſtatim apparet verecūdia. qm̄ ſm qđ dicit apl'us ad Rom̄. x. Corde credit ad iuſticiā: ore autē ꝯfeſſio fit ad ſalutē. Tertio ponit ei ſal ī ore: qđ ſignat ſapiētiā iuxta doctrinā apl'i ad Collo. iiij. Oīs ſermo eiꝰ debet eſſe ſale diuine ſapiētie ꝯditus. Exorciſmus idem eſt ꝙ adiuratio. qꝛ adiurat̄ demō vt recedat de aīa baptiſandi: ⁊ det locū ſpūiſancto aduenīēti. Et facit tria ſacerdos baptiſando. qꝛ primo facit ei crucē in fronte cū police: ⁊ ſignat ꝙ baptiſādus ꝯſignat̄ vt ſit templū dei ſeu habitaculū ſpūſſancti. Scđo facit ei crucē de ſputo ad aures: ad nares: ⁊ ad os. ⁊ ſignat ꝙ baptiſandus dꝫ habere aures cordis clauſas ne audiat ſuggeſtiones diaboli. Os etiā dꝫ habere clauſū ne loquat̄ mala verba. et dꝫ ſic viuere vt ſit ſm doctrinā apl'i bonus doctor xp̄i in vita ſua vel iſtud ſignificat ꝙ dꝫ emittere fumū oratiōis deuote ꝑ quā effugat̄ demon. Iuxta verbū raphaelis in thobia. c. viij. Fumus eius effugat oē genus demoniorū ⁊ iſta facit cū ſputo. i. virtute xp̄i que ſignificat̄ ꝑ ſputuꝫ ſm qđ dicit glo. ſuꝑ illud Io. ix. Lutū fecit ex ſputo. naꝫ ſicut ſputū emittit̄ ab interioribꝰ cordis. ita filius dei gignitur ex ſubſtātia dei p̄ris. Tertio facit ei crucē de oleo exorciſato in pectore ⁊ inter ſpatulas. ⁊ ſignat ꝙ baptiſandus dꝫ eſſe fortis ad luctandū ꝯtra dyabolū ⁊ ad portandū onera penitētie ⁊ iſta ſūt mediāte oleo diuine grē. Poſt baptiſmū aūt tria facit ſacerdos baptiſato. qꝛ primo vngit eū criſmate. ⁊ ſignat virtutem grē ſpūſſancti quā ſuſcepit in baptiſmo. Scđo tradit ei veſtē albam. et ſignat innocentiā baptiſmalē. Tertio tradit ei cereum accenſum. ⁊ ſignat lumē fidei quod datur in baptiſmo.

¶ Sciendū inſuꝑ ꝙ iſta nō ſunt de eſſentia baptiſmi qꝛ ſine ipſis bene pōt dari baptiſmus in caſu neceſſitatis. Sed in tali caſu ſi baptiſatus ſuꝑuixerit dꝫ portari ad eccleſiā ⁊ ibidē cathecíſari ⁊ exorciſari ꝓpter ritū eccleſie ſeruandū. nō aūt dꝫ iterū baptiſari ſi ſit certū ꝙ ſit recte baptiſatus. ſed ſi nō ſit certū dꝫ baptiſari ſub iſta forma. Si tu es baptiſatus ego nō baptiſo te. ſed ſi tu nō es baptiſatus ego baptiſo te in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti amen. Et hec de baptiſmo ſufficiant.

¶ Tractat⁹ terti⁹ p̄me ꝑtis principalis de cōfirmatione.

¶ Caplo primo quid eſt confirmatio.

Quia ſpūalē generatiōem ſequit̄ augmētū ſpūale. idō poſtꝙ̄ de ſpūali gn̄atiōe que fit in baptiſmo dictū eſt: reſtat dicere de augmēto qd fit in ꝯfirmatōe. Circa quā ꝯſiderāda ſunt ſeptē. Primo qd eſt ꝯfirmatio. ſecūdo de materia ꝯfirmatōis. Tertio de forma eiuſdem. Quarto de eius miniſtro. Quīto de ſuſcipiētib⁹ confirmationē. Sexto de ritu ipſius. Septimo de eius effectu Cōfirmatio poteſt ſic diffiniri. Cōfirmatio eſt cōſignatio facta cū criſmate in fronte baptiſati ab ep̄o cū certa forma verboꝝ ad audacter confitendū nomen xp̄i.

¶ Caplo ſcdo de materia confirmationis.

